



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 121. Ementitus Dux eboracensis a viduæ Burgundiæ Dicissa in  
Henricum VII. concitatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

quam Victores armorum vi expugnave-  
rant.

Sæcul. XV.  
A. C. 1494.

§. CXXI.

*Ementitus Dux Eboracensis a vidua  
Burgundiæ Ducissa in Henricum  
VII. concitatus.*

Haud levioribus, quam Italia, tumul-  
tibus agitabatur Anglia; ingentem  
enim rerum vicissitudinem inducebat im-  
placabile odium, quo adversus Henricum  
VII. exarserat Vidua Burgundiæ Ducissa  
Philippi Audacis conjux, Eduardi IV.  
foror. Hanc vulgus iratam Henrici Ju-  
nonem nuncupabant, eoquod non minus  
pertinaci ira Angliæ Regem, quam olim  
Juno Jovis conjux Trojanos insectata ef-  
fet; cum autem anno millesimo quadrin-  
gentesimo octogesimo sexto Lambertum  
Simmel supposititium regni Hæredem ad-  
versus Henricum irrito prorsus conatu  
fufcitasset, hoc itidem anno Domini su-  
pra millesimum quadringentesimo nona-  
gesimo quarto fictum quemdam Eduar-  
di IV. filium novo commento produxit,  
liberiori mendacio spargens, hunc non  
modo sese Richardi III. immanitati sub-  
duxisse, sed etiam licetoribus auro cor-  
ruptis, e Londinensi turri eorum opera  
effugisse, tandemque in securitatis locum  
opportune delatum, Usurpatoris sævi-  
tiam elusisse: serio igitur Ducissa animum  
ad-

Larvey hist.  
Angl. tom. I.  
Polyd. Virg.  
hist. Anglic.  
lib. 26.



Sæcul. XV. adjecit, ut simulatum ejusmodi Ducem, Eboracensem priori longe simillimum effingeret, cumque diu talem quæreret, tandem reperit adolescentem, cujus indoles commenti feliciter experiundi, nec spem nec desiderium reliquum fecerat. Is erat Juenis vulgo cognominatus Perkins, seu Petrekinus, vel etiam Warbekus, cujus Pater erat Joannes Orbek Tornacensis Civis, genere Judæus, sed ad fidem conversus, ejus vero Mater Catharina de Fare; cum vero parentes ejus negotii causa in Angliam iter instituerent, ibidem Perkins natale solum obtinuit, adhuc puer Tornacum ab iisdem reportatus, sed post aliquod temporis intervallum Anversæ cuidam propinquo suo educandus tradebatur, ubi de urbe in urbem peregrinandi consuetudo in eo longiorum itinerum accendit desiderium, atque assidua cum Mercatoribus Anglis negotiandi occasio illum Anglici sermonis peritum effecit.

## §. CXXII.

*Perkinus Dux personatus in Flandria apud Ducissam.*

*Bucchan. rer. Scot. l. 13. Bacon. hist. regni Henrici VII.* **P**erkinus ætate sua Eboracensem Ducem, si is vita superstes fuisset, ferme æquabat, insigni præterea venustate, & corporis pulchritudine dotatus erat, simul.